



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Album Castrum vel Weissenburgum, Weissenburg/ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

26. *Joannes Geslerus* patria Ravenspurgenſis, eligitur anno Domini 1483. Præfuit annis duodecim, & gubernaculum alteri reſignavit.

27. *Joannes Villicus* de Umendorffo, eligitur anno 1495. Præfuit annis 28.

28. *Jacobus Murarius* Conſtantiensſis, eligitur anno Chriſti 1523. Præfuit annis decem, & obiit anno Domini 1533.

29. *Udalricus Ebbippiarius* vir ſtatura procerus ex Ravenspurgo natus, eligitur anno 1533. Præfuit ad annum Chriſti uſque 1549. quo gubernationem alteri cuidam Cœnobitæ ſuo reſignans, ipſe in Imperiale oppidum Buchornenſe conceſſit, ubi mediocri penſione contentus reliquum vitæ ocio & quieti impendit, præſidentibus Imperio Romano & Germanico Diviſi Carolo V. ac Ferdinando fratribus.

30. *Andreas Rietman* patria Ulmenſis ſucceſſit Ulrico, qui hoc adhuc currente Jubilæo præſidet foeliciter ac uti ſui ordinis hominem decet.

*Album
Castrum.*

ALBUM CASTRUM vel Weiſſenburgum, Weiſſenburg/ Monasterium inſtituti Benedictini, unum ex Germ. omnibus antiquiſſimū ac potentiſſimū, una item ex quatuor illis ſacri Romani Imperii Abbatiiſ, ducali dignitate conſpicuis, Fuldenſis, Campidonenſis, ac Murbacenſis Abbatiarum in hac foelicitate confors ac focia: id inquam ampliſſimum Cœnobium in media Alſatia ad montana Voſagi, & in ejuſdem nominis Imperiali oppido, ad amnem Lutharum, qui mediam civitatem perſruit, amoeniſſimo loco ſitum, Spirenſis Diœceſeos, quod alibi Wizenburgum quaſi ſapientiæ Caſtrum dicitur, quod nomen Scholæ & Academiæ tali pulchre convenit: Fundatum ac inchoatum legitur anno 623. dotatum verò & auctum anno Chriſti 664. à Dagoberto potentiſſimo Galliarum Rege, cujuſ filia Domina Irmina, prima fundatrix & Abbatiffa Horrei Treverenſis, in ſiniſtra Weiſſenburgenſis ſuini templi abſide, ſublimi & magnifico Mauſolæo (in cujuſ ſummitatem Clerus ejuſ loci circa Paraſceves feſtum corpus Dominicum collocare ſolet) depoſita, ac terræ

*Dagoberti
filia
fundatrix.*

terræ omnium parenti reddita est. Dedicatum est S. Petro Apóstolorum, & Stephano Martyrum principibus. Diploma primæ fundationis integrum extat in Chronicis *Joannis Trihemii*, Spanheimensis Abbatis, de Regum Galliæ origine & rebus gestis inscriptis: & in novo Cosmographico opere *D. Sebastiani Munsteri*. Catalogus ejus loci Abbatum partim à Reverendissimo Principe, Domino Philippo Flersheimio Spirensi Episcopo doctissimo mihi communicatus, partim à me ipso Weissenburgi collectus, talis est, et si is initio perturbatus ac mendosus esse videatur.

1. *Principius*, Abbas & Episcopus Spirensis, sed utri dignitati prius præfectus, incertum: ego ex Abbate Episcopum factum existimo: dedit ei Abbatì Dagobertus Rex exemptionis ab omni jugo Episcopali & aliarum plurimarum libertatum privilegia.

2. *Cheodoni*.

3. *Radesfridus*. Huic Badenses Thermæ concessæ esse leguntur.

Thermæ Badenses.

4. *Ebrwaldus*.

5. *Instulphus* Abbas aliquot annorum, & tandem Episcopus, sed cujus loci, id incertum est. Quidam catalogi Moguntino Episcopatu eum præfuisse, & Haistulphum esse ajunt, qui obiit Moguntia anno 825. Sed cum numeri annorum non respondeant, aut hunc catalogum mendosum esse necesse est, aut Moguntino Episcopatu Instulphum hunc non præfuisse. Judicium sit penes lectorem.

6. *Astrammus*.

7. *Gerbertus*.

8. *Ebrimbertus*, vel Erembrechus Abbas, & tandem Wormatiensis Episcopus, ubi præfuit anno 798. Hic iterum catalogum hunc mendosum & perturbatum esse judico, in quo nihil tamen temere mutare volui.

9. *Dragebodo* Abbas Weissenburgensis, tandem Episcopus Spirensis designatus anno Domini 678.

10. *Charialdus*.

C 2

11. Bern-

Brulohij

*Chronologia
Monasterio
vna Gemma*

S. III

11. *Bernhardus*, alibi Wernharius, ex Abbate tandem Wormatiensis Ecclesiæ antistes.
12. *David* anno 767. ex Abbate Spirensis Episcopus designatur à superstitite adhuc Pipino Rege.
13. *Wielandus*.
14. *Odgerus* vel *Odogarius* Abbas, & Episcopus Moguntinus anno 844.
15. *Grinaldus*: obtinuit restitutionem balnei Badensis sub Rege Ludovico anno Domini 871. Calendarum Junij 15.
16. *Volcoldus* Abbas & Episcopus, sed cujus loci Episcopus, non inuenio.
17. *Gerbochus*.
18. *Voltwicus*, alibi *Volcwicus*, designatur Episcopus tandem Ecclesiæ Vangionum.
19. *Mimoldus*.
20. *Adelhardus*, aliis *Geylo*. Obiit 12. Calend. Octobr.
21. *Gerrichus* præfuit annis 8. Obiit Idibus Maij.
22. *Ercambius* 3. annis sedit ad clavum Abbatiae Weissenburgensis. Obiit 3. Id Febr. sed quo anno, id non inuenio. Nihil enim de his Abbatibus primis aliud scriptum reperi, quorum feriem etiam ac successionem (ut dixi) aliquid erroris habere non dubito. Quæ sequuntur vero de successoribus horum, certa esse non est quod quisquam ambigat.
23. *Adalbertus* Monachus primum Treveri ad S. Maximinum fuit, ex quo Cœnobio evocatus sanctus Dei vir ab Imperatore Othone Magno ad convertendos in viam Christianæ veritatis Rhuthenos, annum Domini circiter 954. cum vix eorum manus evassisset, ab eodem Othone primo Weissenburgensi Abbatiae præfectus est. Ubi cum pie ac fideliter præfuisse annis 15. evocatus est iterum ab eodem Imperatore Othone ad gubernationem recens à se instituti ac fundati Archiepiscopatus Magdeburgensis annum Domini circiter 970. ubi *Alberto Crantzio* Saxonicarum rerum scriptore diligentissimo teste, 12. annis summa cum laude, & cum magno bonorum operum fructu præfuit, strenueque Pontificatum (qui omnium Vandalarum

carum Ecclesiarum caput erat) administravit, multosq; Vandalorum populos prædicando Christo lucratus est. Obiit anno Christi 981. XII. Calendarum Julij.

24. *Sanderadus* successit Adalberto ad Archiepiscopatum Magdenburgensem evocato, anno 970. Præfuit annis 15. Accidit sub hujus gubernatione, ut Dux quidam Otho, Conradi Ducis filius, Coenobium Weissenburgense invaderet, diriperet & exureret anno 985. & Abbatè Sanderado expulso Gifillarium quendam Monasterio tandem præficeret. At quis ille Dux fuerit, nusquam reperio.

25. *Gifillarius* vel Gifelharius intruditur anno 985. præfuit fideliter 14 annis. Celebratur exusti & ad extremam inopiam redacti Monasterii, tenacissima vivendi ratione, & diligentissima Oeconomiae gubernatione instaurator & quasi secundum fundator. Obiit 16. Calendarum Novembrium anni à nato Christo 989.

26. *Gerrichus* eligitur anno Christi 989. præfuit annis 12. reddidit Abbatiam anno 1001. in manus & potestatem eorum, à quibus eandem prius acceperat. Obiit 2. Nonarum Julij.

27. *Siebedo* constituitur unanimi consensu Gerrichi antecessoris ac Conventualium in Abbatem. Præfuit per annum saltem unum. Obiit Anno 1002.

28. *Luitardus* successit Siebedoni. Præfuit annis 30. Construxit Collegiatam Ecclesiam S. Stephani in ejusdem nominis monte, civitati Weissenburgensi vicino, quæ in seditione Rusticorum Anno 1525. à furente plebe Landoviana lacerata iterum, & solotenus penè vastata est. Sub hujus Abbatis gubernatione Monasterium combustum est anno Domini 1004. Obiit Calendis Novembribus anni 1032.

29. *Volmarus* præfuit annis 12. Obiit anno 1043. secundo Idus Maij.

30. *Arnoldus* eligitur anno 1043. præfuit Abbatiae annis 12. Constituitur Episcopus Spirensis anno 1051. præfuit annis 4. Emigravit ex hac lachrymarum valle sexta Nonarum Octobrium anni à nato Christo 1055.

C 3 31. *Samuel*

Brulohij

Chronologia
Monasterio
sua Gemma
S. III

- Quatuor
turrium
præpositu-
ra Weis-
senbur-
genfis.*
31. *Samuel* præficitur Abbatiæ post evocatum ex mortali vita Abbatem & Episcopum Arnoldum. Præfuit annis 42. Est fundator quatuor Turrium, præposituræ in monte sitæ, & funditus deletæ in seditione Rustica, cum D. Pauli etiam, ac S. Germani Cænobiis in Sickingensi bello circa annum Domini 1120. everfis ac vastatis. Obiit 6. Iduum Maii, anno Christi 1097.
32. *Stephanus* obiit 10. Calend. Aprilis.
33. *Menigandus* obiit 5. Cal. Decembr.
34. *Udalricus* obiit in Calendis Maij.
35. *Werinherus* obiit 10. Cal. Maij.
36. *Ernestus* obiit 2. Nonarum Julii.
37. *Benedictus* obiit 12. Calend. Septembr. Sedit ad Abbatiæ gubernaculum annis 10.
38. *Engiscalcus* præfuit annis 23. Obiit quinto Iduum Septembris.
39. *Gundelacus*, alibi *Gundericus*, præfuit 20. annis. Obiit 4. Iduum Martii. Repertæ sunt literæ cum ejus sigillo, datæ anno Domini 1182. Aliud enim de his Abbatibus nihil extat in literas relatum. In *Gunderici* tamen hujus tumulo hoc repperi Octostichon, cujus ipsum Abbatem authorem fuisse credibile est.
- Lector siste gradus, hominum quoq; discito casus.
Nam quod es fueram, sumq; quod ipse fies.
Gundricus sui dictus, dum corpore vixi,
Abbas & Monachus, heu merito alterius
Quisq; forem studiis, nunc hic alibiq; videbis:
Nescio quo penset hæc Deus omnipotens.
Unde mei posco miserans miserere precatu,
Ut merear veniam, & in requie maneam.*
40. *Godefridus* præfuit annis octo.
41. *Walramus*, alibi *Wolframus*, sedit ad clavum cœnobii annis 27. sub *Conrado* Spirensi Episcopo. Vixit anno Domini 1207. Et anno 1224. obiit 5. Iduum Julii.
42. *Chuno* præfuit 26. annis. Obiit 2. Calend. Septembrium anni 1248.
43. *Conradus* præfuit annis tribus. Obiit 9. Calendarum Septembrium anni 1251.
44. *Fri-*

44. *Fridericus* successit *Conrado* mortuo, præfedit Abbatiæ *Weissenburgum*.
 annis undecim. Obit vero 16. Calend. Septemb. anni 1262.
 Incepit muros *Weissenburgensis* oppidi.

45. *Edelinus*, aliis *Wendelinus*, etsi primum nomen verum
 nomen sit: eligitur post defunctum *Fridericum*. Præfuit annis
 30. Cinxit muro, turribus, fossis & propugnaculis oppidum
Weissenburgense: condidit cœnobii refectorium & alia multa.
 Obit Idibus Octobr. anni 1293. Sepelitur in ambitu.

46. *Wilhelmus* successit *Edelino* Abbati, & præfuit annis
 octo. Obit in Calend. Februarii anni 1301.

47. *Egidius* præfuit 10. annis & mensibus septem. Obit se-
 ptima Calendarum Junii anni 1312.

48. *Bartholomæus* constituitur in locum *Egidii*. Sedit ad Ab-
 batiæ gubernationem annis tribus, & mensibus aliquot. Obit
 13. Calendarum Augusti anno 1316.

49. *Wilhelmus* sex annis præfuit. Obit 5. Idus Martii, anno
 Domini 1322.

50. *Joannes* designatus Abbas, 15. annis pedum pastorale
 gessit. Obit 3. Nonarum Novembrium anni 1337.

51. *Eberardus* de *Saræ* ponte præfuit annis 44. Obit in Ja-
 nuario anni 1381.

52. *Hugo* de *Navelden* viginti annis præfedit. Valedixit &
 officio & vitæ anno virginæ partus 1402. in die S. *Benedicti*. Se-
 pelitur in ambitu.

53. *Joannes* de *Veldentz* præfuit annis 33. Obit anno Do-
 mini 1434. Interfuit Concilio *Constantiensi*.

54. *Philippus* ex *Pincernarum* de *Erpach* nobili & illustri fa-
 milia natus, præfuit annis 32. Decessit ex hac momentanea ad
 meliorem vitam anno Domini 1467. in ipso solstitio hyberno.
 Sepelitur in ambitu.

55. *Jacobus* generosus Dominus de *Prugk* præfuit annis 4.
 mensibus 8. Obit anno 1472. in vigilia S. *Laurentii*. Sepelitur
 apud antecessores suos in ambitu summæ Ecclesiæ.

56. *Henricus* præfuit Abbatiæ ab anno Domini 1475. ad
 annum usq; 1496. quo obiit.

57. *Wil-*

Brusohij

Chronologia
Monasterio

in Gemma

S. III

57. *Wilhelmus*, vir pius & honestus, gubernavit Abbatiam annis 4. Obiit in anno Jubilæo, hoc est, anno 1500. Sepelitur in ambitu cum tali Hexasticho:

Hoc sepelit saxum lector gelida ossa Guilelmi.

Ille domus sacræ duxq; paterq; fuit.

Clericus & dominus Christi, inolevit amicus,

Quinq; ter emensus secula Phœbus erat

Quinq; ter implerat Februas cum Luna Calendas,

Exolvit vitæ debita fata sua.

58. *Rudigerus* cognomento piscator eligitur in Abbatem Weissenburgensem anno Domini 1500. Præfuit annis 45. Est Abbas hujus cenobii amplissimus ultimus, Præpositus vero ejusdem primus. Nam anno Domini 1526, odio monasticæ vitæ incensus, & liberioris desiderio flagrans auro effecit, ut monaste-

Weissenburgense Monasterium, in Præposituram mutatur.

S. Walburgis

Abbatia

Weissenburgensi

Præposituræ con-

juncta.

rium Weissenburgense contra primorum fundatorum voluntatem ac sententiam in Præposituram commutaretur. Obiit anno Domini 1545. Sepelitur in summi templi sinistra abside. Sub eodem hoc Rudigero, & eo etiam procurante Abbatia S. Walburgis, ordinis ac instituti Benedictini in sacra sylva sita prope Haganoam, defuncto Bartholomæo ultimo ejus loci Abbate, anno 1544. præposituræ Weissenburgensi unita, annexa, & incorporata est.

59. *Philippus* à Flersheim Episcopus Spirensis doctissimus, fit præpositus Weissenburgensis, post mortuum Rudigerum. Is Præposituram Episcopatus Spirensis incorporavit, anno Domini 1546. consentientibus Divo Imperatore Carolo V. ac Romano Pontifice Paulo tertio.

Andlow.

ANDLOW, antiquitus Andelaha, Germ. *Andlau* ab ejusdem nominis fluvio, vel Helionis Cœnobium, in pago Helifatia S. Fabiano & S. Felicitati sacrum, Canoniarum, celebri loco natarum, opulentum Collegium, ad montana Vosagi situm: Fundatum, ac pro 12. Canonibus, totidemq; Canonicis liberalissime dotatum est anno Christi 880. aut ut alii volunt 888. à S. Ri-

S. Richardis

Impe-

charde Scotorum Regis filia, Caroli Crassi Romanorum Imperatoris